



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Librorvm Prohibitorvm Et Expvrgandorvm Novissimus

Sotomayor, Antonio

Madriti, 1667

Secvnda Classis. In Qva Libri certorum Avctorvm prohibiti, aut expurgati,
&c. G

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81432)

SECUNDA CLASSIS.

IN QVA

Libri certorum AVCTORVM prohibiti, aut expurgati, &c.

G

GABRIEL Prateolus.

Eivs Elenchus de Vitis, Sectis, & dogmatibus omniū Hæreticorum. Colon. apud Gervinum Calenium 1591. & 1605. 1569.

Ex indice Hæreticorum, lib. 18. expunge nomen, *Thomas de Vio Cayetanus*. — Et similiter dele idem nomen in Indice Successionis Hæreticorum Centuria 4.

EIVSDEM vero *Narratio Historica Conciliorum*, cum castigationibus Ioannis Lydij Francofurtensis Ministri prohib.

GASPARIS Caballini.

Tractatus *Commerciorum, & Usurarum*, reddituumque pecunia constitutorum, & monetarum.

EIVSDEM tractatus, *De eo quod interest, & de Dividuo, & Individuo*. Qui omnes sunt Caroli Molinæ, mutato tantum Auctoris nomine, prohibentur.

GASPARIS Styblini, *Coropædia*.

Sive de moribus, & vita Virginum sacrarum, prohib.

GASPAR de Mello.

Eivs in Matthæum commentarij, corrige, & dele quod cap. 11. *Ad mores*, scribit à verbis, *Cum audisset Ioannes*, usque ad, *Persequantur*, exclus. — Item quod ait, *In instructione Fidei*, imaginibus venerationem non deferri, adde, *Præcipue*, seu, *Primario*.

GAYDENTIVS Merula.

Eivs liber *Memorabilium*. Lugdun. apud Matthiam Bonhomme, 1556.

Libro 3. capit. 61. dele ab illis verbis, *Serpens cavernam subiens*, usque ad illa, *Si vis, redit ad vitam*, inclusivè. — Lib. 1. cap. 9. ad medium, dele ab illis verbis, *Donec Episcopi Romani pauperes*, usque ad illa, *Quam bella & voluptates corporis*, conclus. — Eodem lib. cap. 50. in principio dele ab illis verbis, *Si quis generationem*, usque ad illa, *Non afficietur dolor*, inclusivè. — Lib. 5. capit. 11. in initium, *Quamquam Romani Imperatores*, dele totum caput, cū marginali Annotatione. — In Epistola ultima, ad finem, quæ incipit, *Quia imaginibus*, deleantur extrema verba, nimirum, *Extra hoc reliquum arbitratum anathema*.

GAVFRIDVS De Monte electo.

Eivs tractatus super materia Concilii Basilienfis, prohibetur.

GENTIANIVS Hervetus Aurelius.

Eivs *Oratio ad Concilium*, quæ suadet ne matrimonia, quæ contrahuntur à filiis familias sine consensu eorum in quorum potestate, habeantur deinceps pro legitimis. Parisiis, apud Martinum Iuvencum, 1591. Prohibetur, quāvis Auctor doctus, & ipsam illam scripserit, & publicaverit antequam contrarium Ecclesia in Concilio Tridentino decrevisset.

GEOR

GEORGIJ ViCTORIJ.

Pœmat. prohib.

GEORGIUS Wicelius.

ELVS Conciones Quadragesimales, corrigende. Ex Quadragesimalibus Concionibus Georgij Wicelij interprete M. Gerhardo Lorichio Hadamariensi. Parisijs, apud Sebastianum Nivellium, anno 1565.

In Epistola dedicatoria ad Othonem Cardinalem, & Episcopum Augustanum, pagin. 3. post medium, post illud, *Numquã sunt affectui*, dele usque ad, *Alcoranus Saracenicus*, exclusif. — In Indice, ibi, *Adorari neminem propriè nisi Deum solum*, adde, & lege, *Adorari neminem latrã propriè, & primario, nisi*, &c. — Initio operis adscribe, *Duo in hoc Auctore peculiariter cavenda le-ctori: alterum, quod liberius & acrius invehitur in Clerum: alterum, quod Scriptura loca sepius adducit, non ex Editione Vulgata.* — Feria V. post Cineres in Lectione Epistolæ pagin. 1. fol. 9. à medio, post illud, *Iudem pronominaliter legi*, dele usque ad, *Potest etiam dissolvi*, exclusif. — Ibidem fol. 10. pag. 1. ad finem, post illud, *Polygraphos obtundere*, dele usque ad illud paginæ sequentis, *Zeloth. & filij tonitru*, exclusif. — Eadem feria V. in Postilla Evangelij, §. *In Israël, intellige*, folio 15. pagina 2. ad finem, post illud, *Dicitur Summa*, dele usque ad, *Hic ut de Clero*, exclusif. — Sabbato post Cineres, in Exegesi Epistolæ, numero 9. fol. 27. pag. 1. initio post vocem, *Goliath*, dele usque ad, *Lutherani*, exclusifive, & post vocem, *Lutherani*, dele usque ad, *Superbia tumidi hi in defendendis suis erroribus*, & dele, *hi*, & post vocem, *Erroribus*, dele usque ad, *Geon harab*, exclusifive. — Ibidem numer. 10. post illud, *Atque iam habet*, dele usque ad, *Surarij, negotiatores*, exclusifive, & dele notam marginalem. Et inferiùs, versus finem numeri, post illud, *Sed dissimulant*, dele usque ad, *Ieremias conqueritur*, exclusifive. — Dominica 1. Quadragesimæ in Postilla Evangelij, §. *Tunc assumpsit eum diabolus*, ad finem, folio 35. pagina 2. à medio, ibi: *Sive Papistici*, pro, *Papistici*, rescribe, *Alia secta*. — Feria 3. post, *Invocavit*, in Exegesi Epistolæ, numero 6. folio 53. pagin. 1. ante medium, post illud, *Negligentia docendi*, dele usque ad, *Necessarium etiam est templorum*, exclusif. — Et pag. 2. dele Glossam marginalem, è regione num. 7. quæ incipit, *Abusus est in Ecclesiasticis*, &c. — Ibidem num. 8. dele à prin-

cipio numeri usque ad illud, *Lutherani è regione*, exclusif. — Ibidem dele notam marginalem, *Corban factum est*, &c. — Feria 4. post, *Invocavit*, in Exegesi Epistolæ, numero 12. fol. 57. pag. 2. post illud, *Iniquitas legi praevalet*, dele usque ad, *Hæresis non dormit*. — Feria V. post, *Invocavit*, in Postilla Evangelij, §. *Et egressus inde Iesus*, folio 73. pag. 1. post medium, post illud, *Ter gemina honestatis*, dele usque ad, *Augustinus, Bernardus*, exclusif. — Et ibi, *Conquerimur veritatem nominis*, adde voculam, *conquerimur quibusdam veritatem*, &c. — Feria 6. post, *Invocavit*, fol. 88. pag. 2. in Exegesi Evangelij, num. 10. initio, post illud, *Christiano faciendum*, dele usque ad, *Præstet homo*, exclusif. — Sabbato post, *Invocavit*, folio 90. pagin. 2. in Exegesi Epistolæ, num. 3. ante medium, post illud, *Functiones exequendo*, dele usque ad illud, *Columna vera est in*, exclusif. — Ibidem in Exegesi Evangelij, numero 1. fol. 97. pagin. 2. initio, ibi, *Moyse, Enoch, & Elia*, dele, *Enoch*, &c. — Ibidem n. 6. fol. 100. pag. 1. initio, post illud, *Ecclesiast. 46. dele usque ad, In Deuteronomio vero*, exclusif. — Dominica 2. Quadragesimæ in Postilla Epistolæ, fol. 104. pag. 2. post initium, post illud, *non placere Deo mortuū*, dele usque ad, *Fidem solam operibus*, excl. — Ibid. §. *Et ne quis supergrediatur*, fol. 106. pag. 2. sub initium, post illud, *Credulitate superamus*, dele usque ad, *Potentes calumnias*, exclusif. — Ibidem num. 17. fol. 123. pag. 1. versus finem, post illud, *Extimulantes, & perpetuantes*, dele usque ad, *Rapina instant optimates*, excl. — Ibidem in Exegesi Evangelij, num. 7. fol. 126. pag. 2. ante medium, post illud, *Exomologesis, satisfactio*, &c. dele usque ad, *Legifer ille probandus*, exclusif. — Feria 4. post, *Reminiscere*, in Exegesi Evangelij, §. *Et tradent eum gentibus*, folio 138. pag. 1. initio, ibi, *Nihil fuit, nisi ipsissimum scandalū*, dele, *nihil*, & *nisi*. — Feria 5. post, *Reminiscere*, in Exegesi Epistolæ, n. 10. fol. 149. pag. 1. parum à medio, ibi, *Etiã prius sic legatur oportet, rescribe, etiam prius sic legi poterit*. — Sabbato post, *Reminiscere*, in Exegesi Epistolæ, n. 3. fol. 180. pag. 2. post medium, dele marginalem appositã ad initium numeri 3. quæ incipit, *Bibliorum littera*, &c. — Ibidem num. 8. folio 184. pagin. 1. ante medium, ibi, *Huiusmodi mendacio, atque arte*, dele, *Mendacio atque*. — Dominica 3. Quadragesimæ in Exegesi Epistolæ, §. *Aut turpido*, fol. 204. pagin. 1. ante medium, post illud, *Paulo præferunt*, dele

DICES
rorum
IBITORU
V
4.

dele usque ad, *ô tempora! ô mores!* exclus. — Feria 2. post, *Oculi*, in Exegeti Epistolæ, num. 16. ad finem, fol. 224. pagin. 2. in medio, post illud, *Emolumentum subtrahentes*, dele usque ad, *De culpa Giezi*, exclus. — Feria 3. post, *Oculi*, in Exegeti Epistolæ, num. 3. fol. 229. pag. 1. versus finem, & post illud, *Caballus edificata credas*, dele usque ad finem numeri. — Et ibidem numer. 4. in fine paginæ, post illud, *Sed illi fidere*, dele usque ad, *Absterret hodie*, exclusivè. — Et post illud, *Satellitum vis*, dele usque ad, *Accessum miseris*. Et ibi, *Item etiam sit in Principum*, dele, *Item etiam sit*. — Feria 5. post, *Oculi*, in Exegeti Epistolæ, num. 3. fol. 245. pag. 1. ad finem, post illud, *Suffragia pollicetur*, dele usque ad, *Ex Ecclesia bonis*, exclus. — Ibidem in Exegeti Evangelij, num. 3. fol. 247. pag. 1. post medium, ibi, *Ad coniugium venit Apostolorum Petri, & Pauli*, rescribe, *Ad coniugium venit Apostoli Petri*. — Feria 6. post, *Oculi*, in Exegeti Evangelij, num. 4. fol. 255. pag. 1. propè medium, post, *Episcopis, & Vicariis suis*, dele usque ad, *Nihil hodie curatur ab optimatibus*, exclus. — Ibidem pagin. 258. num. 13. ad finem in nota marginali, post illud, *Monumenta orans*, dele omnia. — Sabbato post, *Oculi*, in Exegeti Epistolæ, fol. 261. pag. 2. num. 1. initio, ibi, *Plerique, quos apocryphos vocant, hebraicè*, dele, *Quos apocryphos vocant*. — Et paulò inferius, post illud, *Sed certa historia*, dele usque ad, *Cuperem Ecclesiam*, exclus. — Ibidem fol. 263. p. 1. num. 7. cuius initium, *Susanna dives matrona*, totus deleatur. Expungatur quoque due notæ marginales ad hunc numerum affixæ. — Ibidem fol. 269. pag. 2. num. 31. post illud, *Iudeorum superstitioni subscribant*, dele usque ad finem numeri. — Dominica 4. Quadragesimæ, in Postilla Evangelij, §. *Dicit ei unus ex discipulis*, fol. 286. p. 2. ad finem, post illud, *Præcepta sunt data*, dele usque ad, *Pontifices idolorum*, exclus. in fol. 287. p. 1. — Feria 4. post, *Letare*, in Exegeti Epistolæ, num. 11. fol. 302. pagin. 1. post medium, ibi, *Sed qui adoremus imagines Divorum*, adde, *Tantumquam Deos*. — Feria 2. post, *Iudica*, in Exegeti Epistolæ, num. 7. fol. 376. pag. 2. initio, post illud, *Africa Christum ignorat*, dele usque ad, *Vix unum atque alterum Monachum*, exclus. — Feria 4. post, *Iudica*, in Exegeti Epistolæ, num. 8. fol. 389. pag. 1. ad finem, post illud, *Hæc Nicolaus*, dele usque ad illud pag. sequent. *Ferendum itaque esset*, exclusivè, initio pag. 2. fol. 389. — Feria 6.

post, *Iudica*, in Exegeti Epistolæ, num. 4. fol. 420. pag. 1. ad finem, post illud, *Dicenda cum invenerit*, dele usque ad, *Hæc est hereticorum*, exclus. — Dominica Palmarum in Postilla Epistolæ, fol. 423. pagin. 2. ad finem, post illud, *Dicemus Apostolum*, dele usque ad, *In epistola ad Hebræos*, exclus. — Ibidem in Postilla super Evangelium, §. *Cum appropinquasset Hierosolymam*, fol. 427. pag. 2. ad finem, ibi, *Ecce tibi comes fatalis*, dele, *Fatalis*, &. — Ibidem in Postilla Evangelicæ lectionis, fol. 438. pag. 1. ad finem, ibi, *Quia extra Ecclesiam non est Sacramentorum, pro Veritas*, rescribe, *Quia extra Ecclesiam non est Veritas*. — In Postilla Passionis Christi, §. *diem festum Pasche*, fol. 445. pag. 1. initio, ibi, *Observa periphrasim fuit Christi, Fati, lege, Mortis*. — Ibidem §. *amen dico vobis, quia unus*, fol. 453. pag. 1. post medium, post illud, *ô horrentum periculum!* dele usque ad, *Sed heu mihi exclus.* — **E**IVSDEM Georgij Wicellij, Postilla hoc est, Enactatio Epistolarum, & Evangeliorum, de Tempore, & de Sanctis per totum annum, Latine reddita, recognita, & aucta per Gerardum Lorichium Hadermaricensem. Parisijs, apud Sebastianum Nivellium, 1565.

Ex Epistola Dedicatoria ad Antonium Archiepiscopum Coloniensem, pag. 1. ante medium, post illud, *Indefinitius dicitur*, dele usque ad illud, *In alijs partibus*. — Ibidem pag. 4. in medio, ibi, *Deliqui dicam occasu*, dele, *Ne dicam occasu*. — Ibidem pag. 7. circa medium, ibi, *Hominum nostrarum Opus, Ecclesie fuleiende*, dele, *decoranda prognatum*, dele, *Fuleiende ac decorande*. — Dominica 4. Adventus, folio 58. pag. 1. post initium, ibi, *Moses mis suis immodicis*, dele, *Immodicis*, post substitui, *Plurimis*. — Fol. 59. pag. 2. versus finem, ibi, *Mediante aqua, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, baptizati*, pro, *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, baptizati*, rescribe, *In Christo*. — Fol. 61. pagin. 1. ante medium, post illud, *Sisum esset, sic dicitur*, dele usque ad, *Isaias Ioannem demittit*, exclus. — Fol. 112. pag. 1. initio, post illud, *Prima statim fronte agnovit*, dele usque ad, *Gaudeat hic*, exclus. — Fol. 114. pag. 1. initium, ibi, *Quid ergo hoc monstrum nostrum monstrum*. — Dominica 3. post Natale Christi, fol. 121. p. 2. sub initium, post illud, *non spiritui ne credatis*, dele usque ad, *Etiam prisci*, exclus. — Fol. 122. p. 1. ante medium, post

post illud, *sedulo exequat*, dele usque ad, *viderit quisque*, excl. — Dominica 2. post Octavas Epiphaniae, fol. 146. pagin. 1. post medium, ibi, *Christum missum, ut doceret*, dele, *missum*. — Dominica Septuagesimae, fol. 170. pagin. 2. sub initium, post illud, *Plurimum tribuentes*, dele usque ad, *Sciant nullum opus*, exclusivè. — Dominica in Sexagesimae, fol. 182. pagin. 1. ante medium, post illud, *Charissimi*, dele usque ad, *Munera divorum*, excl. — Dominica Quinquagesimae, fol. 195. pagin. 2. ante medium, post illud, *Nostram cessaturam*, dele usque ad, *per ea futurorum*, exclusivè. — Dominica in Ramis, fol. 217. pagin. 1. post medium, ibi, *Legitur passio de turpissimo exitu*, dele, *turpissimo*. — Dominica 1. post Pascha, folio 219. pagin. 1. post medium, ibi, *Ore puta, & opere, insincerus est Catholicus*, referibe, *sine Charitate est Catholicus*, vel aliquid simile, quo indicetur, illū veram fidem habere, sed mortuam. — Dominica 2. post Pascha, fol. 226. pagin. 2. sub initium, post illud, *Avaritiae vitium Philip. 2.* dele omnia usque ad illud, fol. 227. pagin. 2. initio, *Ego sum pastor*, exclusivè. — Ibidem dele quoque notam marginalem, In §. *Mercenarius autem*. — Dominica 6. post Pascha, fol. 273. pagin. 1. ad medium, post illud, *Participatione refovebat*, dele omnia usque ad illud, *E regione illuminati*, exclusivè. — Dominica Trinitatis, fol. 294. pagin. 2. ad finem, post illud, *per ipsum, & in ipso*, dele usque ad finem, In §. *Quoniam ex ipso*. — Folio 305. pag. 2. sub initium, post illud, *Fidem ruit*, dele usque ad, *venerentur*, excl. — Dominica 2. post Trinitatem, fol. 330. pag. 2. ante medium, ibi, *Sanctus hic non computruit unus, dele, unus*. — Dominica 4. post Trinitatem, fol. 349. pag. 2. in medio, post illud, *Annus pro die*, dele usque ad, *Gloriam, quia Maria*, exclusivè. — Dominica 9. post Trinitatem, fol. 409. pagin. 1. propè medium, ibi, *Sola eleemosyna comes est defunctorum*, dele, *sola*. — Dominica 10. post Trinitatem, fol. 412. pagin. 2. parum à medio, post illud, *Longè prestantius esse*, dele usque ad, *Quantum ad prophetia*, exclusivè. — Dominica 14. post Trinitatem, fol. 462. pagin. 1. sub initium, post illud, *Per vos erubescatis*, dele usque ad, *Iterum in eodem*, exclusivè. — Dominica 21. post Trinitatem, fol. 526. pagin. 1. ante medium, post illud, *Per totum edificium*, dele usque ad, *Excors poterat dicere*, exclusivè. — Domi-

nica 22. post Trinitatem, folio 536. pagin. 2. ad medium, post illud, *Plus ab eo exigeretur*, dele usque ad, *Ve mundo à scandalis*, exclusivè. — Dominica 24. post Trinitatem, fol. 559. pagin. 2. ad medium, post illud, *sine ea iustificatio*, dele usque ad, *Nihil hic proderunt opera bona*, excl. — Dominica 25. post Trinitatem, fol. 568. pagin. 2. ante finem, post illud, *Que correctione opus habent*, dele usque ad, *paratur vero eidem*, excl. — Et fol. 569. pag. 1. ante medium, post illud, *Nolite credere, dele usque ad, Exotica dogmata*, &c. exclusivè.

EIVSDEM Postilla, Hoc est, *Enarratio de Sanctis*.

In Festo S. Andreae, in Postilla Epistolae, §. *Sed non omnes obediunt*, fol. 5. pag. 2. post initium, ibi, *Credendum contra rationem*, pro, contra, scribe, *supra*. — In Postilla super Evangelium, ante §. *Et ambulans Iesus*, fol. 9. pagin. 2. sub initium, post illud, *Hoc genus instrumentis*, dele usque ad, *Christum sequebantur*, exclusivè. — Ibid. §. *Et procedens inde*, fol. 10. pagin. 1. ante medium, post illud, *Propinquos sufficiant*, dele usque ad, *Non puto opus esse*, excl. — Fol. 12. pag. 1. sub initium, post illud, *Asseriores esse vult*, dele usque ad, *Chrysostomus: In hoc, ait*, excl. — Et pauld inferius, post illud, *Petri & Andreae pauperie*, dele usque ad, *Nostra hodie non relinquimus*, excl. — In Festo S. Stephani, in Postilla Epistolae, in Praefatione, fol. 23. pag. 1. sub initium, post illud, *nomine martyris celebraretur*, dele usque ad, *Sed à diverticulo*, exclusivè. — In Postilla Evangelij, §. *Amen dico vobis, venient*, fol. 29. pag. 1. à medio, ibi, *Nec ulla novit arma nisi*, rescribe, *qua praecepta habet arma*. — Et pauld inferius, post illud, *vehementissime intonarent*, dele usque ad, *Quis ergo non metuat*, exclusivè. — In Festo S. Ioannis Evangelistae, in Postilla Epistolae, statim initio, fol. 32. p. 1. post illud, *Imitatus non fuero*, dele usque ad, *Licentia ea*, exclusivè. — In Festo SS. Innocentiū, in Postilla Epistolae, §. *Qui empti sunt de terra*, fol. 46. pagin. 1. in fine, ibi, *Maxima pars ipsorum Apostolorum & Evangelistarum Martyrumque*, dele, *Apostolorum & Evangelistarum, &c. què*. — Et ad finem Postillae, fol. 47. pag. 2. à medio, post illud, *Legitimum votum habendum*, dele usque ad, *quod faciunt q, qui neque*, excl. — In Postilla Evangelij, §. *Qui consurgens*, accepit, folio 51. pagin. 2.

Q q fab

DICES
rorum
IBITORU
V
4.

sub initium, ibi, *Qui verbo Dei credit, verbo Dei non obedire non potest*, dele duplex illud, *Non*. — In Festo Circumcisionis, in Postilla Epistolæ, §. *Non est Iudeus, neque Græcus*, fol. 58. p. 1. versus finem post illud, *Unum in neuro genere*, dele usque ad, *Confirmat hoc quod*, exclusivè. — In Festo Epiphaniæ, in Postilla Evangelij, §. *Audiens autem Herodes*, folio 75. pag. 1. à medio, post illud, *Radices suas altius figunt*, dele usque ad, *Tu Episcopo animarum*, exclusivè. — In Festo Purificationis in Postilla Epistolæ, §. *Et quis poterit cogitare diem*, fol. 83. pag. 1. versus finem, post illud, *Nequitia & malitia*, dele usque ad illud pagin. sequent. *Simeoni & Anna*, exclusivè. — In Festo S. Matthiæ, Apostoli, in Postilla Epistolæ, §. *Oportet ergo ex his viris*, fol. 98. pag. 1. initio, post illud, *De initiandis accipiunt*, dele omnia usque ad illud, *Studia litterarum neglecta*, exclusivè. — In Postilla Evangelij, §. *Omnia mihi tradita sunt*, fol. 102. pagin. 2. post medium, ibi, *Ioannis Chronica*, planius, *rudiusque*, scribe, *Canonica*, aut, *Catholica*, & dele, *rudiusque*. — In Festo SS. Philippi, & Iacobi, in Postilla Evangelij, §. *Et ait discipulis suis: Non turbetur*, fol. 130. pagin. 2. ante medium, ibi, *Fide resurgere lapsos*, scribe, *Fide viva resurgere*, &c. Et ibi, *Saltem fidei gratiam*, adde, *Saltem viva fidei gratiam*. Et statim post illud, *Vobis commendo*, dele usque ad *Creditis in Deum*, exclusivè. — In Festo Ascensionis Domini in Postilla Evangelij, §. *Et baptizatus fuerit*, fol. 143. pagin. 2. versus finem, post illud, *Cum primis commendat*, dele usque ad, *Supereſt celebritas*, exclusivè. — Et post illud, *Et Epiphaniæ*, dele usque ad illud pagin. sequent. *Tu laice rudior*, exclusivè. — Feria 2. Pentecostes, in Postilla Evangelij, §. *Vt omnis qui credit in eum*, fol. 155. pagin. 1. à medio, ibi, *Nempe fidem*, adde, *Vivam*, & post vocem, *Vivam*, dele usque ad, *Fides purificat*, exclusivè. — Ibidem pagin. 2. post initium, ibi, *Tam fides nihil prodest sine charitate, quam charitas sine fide*, dele, *Tam, &, quam charitas sine fide*. — In Festo Corporis Christi, in Postilla Epistolæ, §. *Numquid domos*, fol. 159. pagin. 2. in medio, post illud, *Asperum requirit*, dele usque ad, *Qui hodie cum*, exclusivè, & expunge quoque notam marginalem, *Missæ abusus*, &c. — In Festo Visitationis B. Mariæ, post Postillam Evangelij, ad finem, fol. 204. pagin. 2. versus finem, post illud, *Sacramentorum par-*

ticipatio, dele usque ad, *Sic vivendum*, exclusivè. — Et mox post illud, *Quam accipere possit*, dele usque ad, *Fides non est*, exclusivè. — In Festo S. Mariæ Magdalene in Postilla Epistolæ in Partitione, fol. 205. pagin. 2. sub initium, ibi, *Solam vero fidem*, scribe, *Solam Christi gratiam*. Et ibi, *Ethnicos enim eadem fide rescribere*, *Eadem Christi gratiam*. — In Festo Assumptionis B. Mariæ, in Postilla Evangelij, §. *Maria optima mater*, fol. 242. pagina 2. in medio, post illud, *Sine verbi auditu*, dele usque ad, *auferetur ab ea*, exclusivè. — In Festo Sancti Matthæi Apostoli, in Postilla Epistolæ, §. *Et ipse dedit quosdam*, ad finem, fol. 272. pagin. 1. sub initium, post illud, *Supprimere dignetur*, dele usque ad finem, §. — Ibidem §. *Ad consummationem seculi*, folio 272. pagin. 1. ad finem, post illud, *bonum opus desiderat*, dele usque ad finem, §. — Ibidem §. *Corpus Christi*, ad finem, fol. 272. pagin. 1. sub initium, post illud, *Exclusivè*. — Ibidem in Postilla Evangelij, §. *Cum transiret in Iherusalem*, fol. 273. pagin. 2. dele primam notam marginalem, *Christus facit*, &c. — Ibidem post Evangelij Postillam, fol. 276. pagin. 2. Titulo, *Seçtio*, ibi, *Vera resipiscencia*, dele, *vera penitentia*. — Et ibi, *Vnde vera resipiscencia*, scribe, *Vnde vera penitentia*. — Et ad finem paginæ, ibi, *Quæ est, non est vera*, pro, *non est vera*, relinque, *rara est*. — In Festo SS. Simonis, & Iude, in Postilla Epistolæ, §. *Vobis qui in nomine Dei*, fol. 290. pagin. 2. ante medium, dele, *Non sola*, & *cadaverosa fide*, pro, *cadaverosa*, scribe, *morta*, & ibi, *Sed vera & sincera*, dele, *Vera, & sincera*. — In Festo Omnium SS. in Postilla Epistolæ, §. *Et cum*, fol. 295. pagin. 2. ante medium, post illud, *Opus habet opera*, dele usque ad, *Obſignatio certa ex*, exclusivè.

EX INDICE DELE.

Abusus Missæ quanti. — Editionis *Biblicarum Vulgate* locus aliquis falsi notatus.

GERARDVS Mercator Ruper mundanus.

EIVS *Chronologia*, hoc est, Temporum Demonstratio exactissima, ab initio mundi usque ad annū Dñi 1568. ex excerptibus, & observationibus Astronomicis omnium temporum, sacris quoque Bibliis, & optimis quibusque Scripioribus summa fide

conscripta. Auctore Gerardo Mercatore, Cosmographo, Coloniae Agrippinae, apud haeredes Arnoldi Brickmanni, anno Christi 1569.

Cap. 1. cui Titulus est, *Demonstrationis temporum Methodus*, litera marginali T. §. *Iudicium tempora*, sub initium §. post illud, *Quod nostra digestio quoque colligit*, dele usque ad illud, *Capit. 2. Iudicium*, vers. 18. & 19. exclusivè. — Et inferius, ibi, *Rectè se lucum castigare opinatus fuit*, corrige & rescribe, *Rectè se existimare opinatus fuit*. — Et paulò inferius, ibi, *Animadvertit castigatorem ille*, dele, *Castigator*. — Deinde post illud, *Collecti anni, temerè*, dele usque ad, *Imaginatus est*, exclusivè. — In Tabulis Chronologicis, Avo secundo, pag. 28. column. 1. in Annotatione cui titulus est, *Terra divisio*, & incipit 45. annis ex quoreverfuit, &c. post illud, *Aetor. 13. annos circiter*, dele usque ad, *Iosue videtur omnino*, exclusivè. — Avo Tertio, pag. 324. col. 2. deletotam primam Annotationem, quae incipit 7. Cal. Iulij, anno 1439. *Eugenius III. prius*, &c. — Eodem Avo, p. 334. col. 1. in fine, deletotam Annotationem, cuius initium, *Martinus Lutherus contra Indulgentiarum*, &c. — Eodem Avo, pagina 340. columna 2. initio, in prima Annotatione, quae incipit, *Statue 14. ad summum dierum*, pro, *Statue*, scribe, *sacre imagines*.

EX IUDICII CHRONOLOGIA, hoc est, Supputatio temporum ab initio mundi ex eclipsibus, & observationibus Astronomicis, & Sacrae Scripturae firmissimis testimonijs demonstrata, Gerardo Mercatore, & Matthaeo Beroaldo Auctoribus, &c. Basileae, apud Thomam Guarinum, 1577.

In prima operis inscriptione, post illud, *Beroaldo Auctoribus*, adde, *Matthaeo Beroaldo*, notam Auctoris damnati, &c. — In praefatione Matthaei Beroaldi in Chronicon suum, quae incipit, *Chronologiam*, non ut alij, pag. 2. sub initium, post illud, *à Calend. Januarij ordinur*, dele usque ad, *quam ipsam anni Domini*, exclusivè. — Pag. 5. versu finem §. *Iam primus mundi*, post illud, *mundi finientur die*, dele usque ad illud pagin. sequentis initio, *Alia sunt adiuncta*, &c. post vocem, *Adiuncta*, dele usque ad, *quale est familiarum*, exclusivè.

EX CHRONOLOGIA GERARDI Mercatoris.

Pag. 32. sub initium, §. *Iudicium tempora*,

litera marginali T. post illud, *nostra digestio quoque colligit*, dele usque ad illud, *Cap. 2. Iudicium*, vers. 18. exclusivè. — Pagin. 33. sub initium eodem §. & litera, post illud, *Cap. 6. vers. 1. & 8. vers. 28. dele usque ad*, *Neque vero annos 18. Philisthijm*, exclusivè.

EX CHRONICO MATTHAEI Beroaldi.

Lib. 2. c. 7. §. *Reliquus est nobis*, p. 168. initio, post illud, *vocis interpretationem*, dele usque ad, *Chus significat eam regionem*, exclusivè. — Ibidem §. *Chus ergo in Scriptura*, pagin. 169. à medio, ibi, *Eam vero regionem male, & perperam nostri converterunt Aethiopiam*, dele, *male & perperam*, & post vocem, *Aethiopiam*, dele usque ad, *Ita vicinos esse Palestinos*, exclusivè. — Et paulò post, ibi, *Chus male redditus per*, dele, *male*. — Eodem §. pag. 170. ante medium, post illud, *Ita regio Chus, quam*, dele usque ad, *sint interpretati cum Graeci*, exclusivè. — Et paulò inferius, ibi, *Chusum male fuisse*, dele, *male*. — Deinde, ibi, *Et Chus male redditam*, dele, *male* Insuper, ibi, *quam fuerit dicenda*, lege, & corrige, *quam etiam fuerit dicenda*. — Ibidem §. *Ceterum ut labi fluvium*, pagina 172. à medio, post illud, *confiti in Ede-ne*, potest intelligi, dele usque ad, *Qua ita fuisse vertenda*, exclusivè. — Lib. 3. cap. 2. titulo, *Ex duodecimo vero Geneseos capite istud intelligitur*, §. *In hanc autem generis*, pagin. 183. in fine, post illud, *Ipse genuit Sale*, dele usque ad, *Dicem autem tantum*, exclusivè. — Pag. 184. ante medium, post illud, *Thare, Abraham*, dele usque ad, *Ad haec insertum est vocabulum*, exclusivè. — Ibidem §. *Transfusus est autem is*, pagin. 185. à medio, post illud, *Hebraeorum codicum veritatem*, dele omnia usque ad, *Iam in singulorum Patriarcharum*, exclusivè, qui est pag. 187. — Eodem lib. cap. 3. pag. 198. initio, post illud, *& repetere oportet*, dele usque ad vocem *Hebr. Iesbu*, exclusivè. — Eodem lib. cap. 8. §. *Hebraea autem hoc loco*, pagin. 334. à medio, post illud, *sacrificia desitura*, dele usque ad, *etiam id docent verba Hebraica*, exclusivè. — Eodem lib. & capite, §. *Hec est quae mihi quidem*, pagin. 343. ante medium, ibi, *Sed suis electis*, dele, *electis*. — Deinde, ibi, *Sed propter electos suos*, dele, *electos*. — Et in fine eiusdem pagin. §. *Quum autem nos*, post illud, *Christi dicendum est*, dele usque ad, *Agendum praeterea est*, exclusivè. — Lib. 4. cap. 1. §. *Quod*

Qq 2 autem

DICES
rorum
IBITORU
V
4.

